



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Concilium VVormatiense In Causa Hermanni Coloniensis, & Adalgarii
Hamburgensis episcoporum de Bremensi ecclesia contententium
celebratum, circa annum Domini DCCCXC. tempore Stephani papae V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

STEPHANVS C. VVORMATIENSE. ARNVLPHVS 611
P. V. R. GERMANIÆ.

ANNO
CHRISTI
890.

pus fuit Viennensis, nomine subnotata. Cuiusmodi est illud Arelati
Kalendis Februariis anno XX. editum, quo Manassii archiepiscopo
propinquo suo confirmat res omnes ecclesiæ Arelatensis, quas Bo-
fo ipse pater Rostagno Manassis decessori concesserat.

CONCILIVM VVORMATIENSE

IN CAUSA HERMANNI COLONIENSIS,
& Adalgarii Hamburgensis episcoporum de Bremensi
ecclesia contententium celebratum, circa annum Do-
mini DCCCXC. tempore Stephani papæ V.

NOTA.

² Concilium VVormatiense.] De hac Synodo in libello de vitis Acta Con-
pontificum, quem sub titulo Luitprandi iam recens in lucem emisit cilii que?
Nicolaus Serarius, in vita Stephani V. ista scribuntur: *Hic Her-*
mannum Coloniensem archiepiscopum, & Adalgarium Hamburgem-
sem archiepiscopum de Bremensi ecclesia contententes VVormatiam ad
Synodum venire iussit, ubi Fulconi Rhemensi episcopo vice sua commissa
causam eorum examinari mandavit. Hermannus Colonienfis archie-
piscopus interfuit & subscripsit Triburiensi Concilio, quinto anno
post hæc tempora celebrato; Adalgarius nominatur Bremensis ar-
chiepiscopus in Concilio Triburiensi, quo eadem hæc controuer-
sia agitata, Coloniensi archiepiscopo consensu Formosi pontificis
adiudicata fuit. Adamus Bremensis in sua historia ecclesiastica libro
1. capite 41. Albertus Stadenfis anno 896.

De hac eadem Synodo Flodoardus libro quarto capite 1. ista: *Pa-*
pa scribit Fulconi Rhemensi pro altercatione qua versabatur inter Her-
mannum Coloniensem archiepiscopum, & Adalgarium Hamburgem-
sem & Bremensem episcopum, pro qua Hermannus eidem papa suam di-
rexerat querimoniam. Adalgarius autem & suam direxerat, & postmo-
dum per semetipsum accefferat, proclamans ab Hermanno ecclesia sua pri-
uilegia violari. Ideoque in suam presentiam commonuerat utrumque ve-
nire. Sed quoniam Adalgario veniente Hermannus defuit, tanta liti finem
imponere papa distulit, ne quidpiam prepropere iudicare videretur, unde
ædiuina contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca iniungit hanc
presuli nostro sua ipsius papæ vice Synodum conuocare apud Vangionum
ciuitatem cum vicinis suffraganeis limitaneisque episcopis, ad quam Her-
mannum Agrippina Colonia, & Sanderoldum Moguntinum cum suis
suffraganeis, nec non & eundem Adalgarium occurrere iusserat, qua-
tenus quid cuique debeat diligens examinatio declararet. Hæc Flo-
doardus.